

EPICEDIA
zum Gedächtniß
des weyland
Woleden und Wolgelahrten Herrn
H E R R N
Adam Heinrich
Rhoden
als Derselbe
auf der Göttingischen Universität
im Jahr Christi 1751 den 11 May
gestorben
und den 14 darauf
begraben worden.

Aria.

Und nur die Sterbe-Glöden,

EPIGELD

Glück und Sieg

Bringen dir

Siebt mein Herz doch in Gedanken,

Und wird es dann zum Wohl-

se ne ne d e

Dominus

Choral.

und Gott

ist mit uns

in der Stunde des Notfalls

zu Hilfe

und wir sind

der Heilung

ACADEMIAE GEORGIAE AVGVSTAE
PRORECTOR
GE. HENRICVS AYRER I
CVM
CANCELLARIO ET SENATV
HONOREM FVNERIS
NOBILISSIMI IVVENIS
DOMINI
ADAMI HENRIC
RHODEN
ELBINGENSIS BORVSSI
IVRIVM STVDIOSI
A. D. XIV MAII CICCI
HORA A MERIDIE SECVNDA
EX AEDIBVS BEYERMANNIANIS
IN PLATEA IVDAEORVM
IN
TEMPLVM ACADEMICVM
DVCENDI
INDICIT

*Disputantur quaedam de immortalitate animorum
credita magis, quam demonstrata*

GOETTINGAE
TYPIS GEORG. LUDOV. SCHVLZII, ACAD. TYPOGR.

ACADEMIE GEORGIAE ACASTA
PROTECTOR
GE. HENRICAS AYRE
CANELLARIO ET SENATA
HONORUM LUNERIS
NOBISSIMI INVENERIS
DOMINI

ADAMI HENRICI RHODEN

ERINOPOLISIENSIS ROLLASI
URINAE STUDIOSI
A.D. XIX. MAM. Oct. 1522.
HONORUM MERITIS SECUNDU
EX VERBIAS PÆTERMANIUS
IN
TIPPIA ACADEMICNA

Differentia et distinctiones universitatis
etiamque modis diversis demonstratae

THIS EPOG LUDOV SCHAVNI AGD. LYSSER
GETTINGA



Im mortalitatem animorum antiquissimi mortales, qui quidem in aliqua sapientiae opinione erant, quum statuerent, tamen credidere illam magis, quam argumentis necessariis demonstrarunt.

Non patiuntur modo rationes nostrae latius hoc persequi sed pauca modo delibabimus, quae putamus vel non inutilia nostris lectoribus, vel non iniucunda fore. Igitur Socrates ille subtilis sane disputator, in pudorem dare acutissimos Sophistas solitus, qui porro quanti ad bene beateque viuendum momenti esset illa quaestio, pulchre intelligeret, postquam dictum multumque in ea iactatus esset, tandem ad illam se suam disputationem recipit, *Aut nibil ero, aut bene mibi erit!* Dicitior sub magistro discipulus Plato, is qui neminem ad schoolas suas ἀγενέτοντο, & docti illius pulueris numerorumque experiem, ut aiunt, admitteret; plus tamen idem tradition antiquae & Mysteriorum significationibus, quam suis collectiōnibus numerisque tribuit, quoties vel de origine rerum, vel de

la perrenni animorum natura sermo est. Primos mortales, lios Deorum, qui recentes e manibus illorum exiissent, meius ista sciuisse, his fidem esse habendam: & inter hos maxime arcanarum ceremoniarum, quibus religionem & humanitatem Graecia debebat, auctoribus. Porro quum Mysteriorum praestantissimus auctor vulgo Orpheus, idemque *θεοδιδάκτος* quiam & diuinarum rerum conscius haberetur: in his praeferentim pem factam bonis viris beatae immortalitatis, metum autem contrarium aliis iniectum, satis constat. Ex hoc Mysteriorum nitiorumque genere esse videtur, illa frequentissima in diuersi generis monumentis animae nostrae repraesentatio, qua ea vel papilionis imagine, vel ut puella alis papilionaceis instructa, exhibetur. Neque enim sine causa commune nomen antiqui illi fecerant papilioni atque animae, cum utramque *Ψυχην* dicent: sed illud spectabant, magnam esse inter animalculi illius & hominum vias similitudinem. Minutissimo ex ouulo exiguis proreperit vermiculus, crescit in erucam sat magnam proportione ouuli bestiam, voracissimum pro mole corporis animal, ed humi affixum, in ventrem prouum: nihil nisi ingerentem ibi & egerentem, pernicem omnium, quae attingit viridium, peciosam interdum coloribus, interdum etiam velut spinis quisusdam hirsutam horridamque, debilem tamen eandem ac molli digitu puerilis pressu elidendam: eadem quum suis se filamentis, ex suo corpore eductis, impediuit atque inuoluit, interque illa psa videtur iam computruisse, in hoc velut sepulcro suo alas accipit, & post legitimam moram ruptis inuolucris suis, quibus uti *Nympha* peplo suo tecta delituit, erepit, liquidumque mox petit aera, non iam grauis & tarda & vorax bestia, sed volucris, quae sua se leuitate facile huc illuc transfert, nunc hunc nunc alium florem inuolat, ac sine illius noxa delibat, solis in primis amicum animal, lucisque illius & caloris patiens & capax. Cetera non attingimus modo, quae nostra demum aetas in partibus insectorum, praeferentim in puluere alas vestiente, detexit miracula. Illud modo volumus intelligi, notam illam antiquis papilionum, quatenus modo descripta est, natu ram, dedisse occasionem, ut Animae nostrae symbolum illam vellent Mysteriorum auctores. Quam enim quis aliam causam dicat, quod frequentissima in monumentis imago huius rei occurrit, in libris autem, qui supersunt veterum nihil plane de ea commemoratur? *) Nonne videntur nobis pinxitse hominem, ortu suo a minimis contemptissimisque animalibus pa- rum
*) Vid. Progr. funebre B. Coniugi Venerabilis Heumannii nostri fa- periore anno scriptum.

*) Vid. Progr. funebre B. Coniugi Venerabilis Heumannii nostri superiore anno scriptum.

rum aut nihil distantem, abiectum humi, paullo post gra-
rem, cristas tollentem & aculeos, consumentem & dep-
dantem quidquid attingere potest; iniuriae tamen eundem
portunum omni, & facile succumbentem: qui deinde sui
consultis & factis saepe impedit atque implicit, & carce-
sibi interitumque struat: e quo tamen supremae illius & or-
parentis naturae viribus aliquando emergere, & ad purio-
serenioremque transire vitam liceat. Suaus profecto i-
go, ad quam allusisse etiam iis locis Plato videtur, quibus
sumere dicit animas, quatenus parantur ad caelestia, easqu
mittere, cum curis vitae huius & voluptatibus nimium im-
cantur. Verum hic longiori ea de re disputationi non est
cus. Vnum addimus, felicem, valde felicem videri eorū
conditionem, qui beato quodam errore (Demus enim in te-
acutis hominibus, quod sine summa iniquitate postulare
possunt, errorem esse, quidquid pro vero persuasum sibi c-
habet, cum tamen demonstratum non sit.) Felicem ei-
praedicamus eorum conditionem, qui bona fide credunt
maioribus suis, vel religionum libris, eorumque interpretib-
vel probabilibus denique argumentis credunt, superstites
animas nostras, & ad vitam servari, in qua praemia recte
secus factorum possint capere; qui ita se instituunt, ut non t-
ribilis illis esse debeat alterius vitae exspectatio. Et quis e-
qui bene subducta ratione neget, hosce tales feliciores esse n-
illis modo, qui studiose elaborant in euertendis argumentat-
nibus auctoritatibusque, ac frusta pugnant contra morsus il-
animi male sibi consci & immortalitatem metuentis, (for-
dabiles illos cum carnifice Deos recentis Theomachi) veri-
illis etiam, qui demonstrationibus Geometricis quaerendis ei-
rei, cuius non datur talis demonstratio, opponendisque co-
trariis demonstrationibus, *rem minime dubiam*, si Deo credim-
dubiam apud imperitos, & suum ipsorum animum adeo faciu-
Infelix profecto philosophia, si qua peccandi metum minu-
& optimum misericordiarum humanarum solatium debilitat, siue q-
id ipsum consulto agat, quod genus plane bonorum hinc od-
hinc misericordia dignum est; siue obtuso acumine, ping-
subtilitate, quae firmare conatur, eadem conuellat, praet-
consilium ille quidem, sed nocens tamen, eoque ipso nominis
miser. Ut inter notas veritatis & sapientiae est, quod nemini
nocet, prodest natura sua omnibus; ita illud ipsum falsi arg-
mentum videri debet, si qua sententia dominos suos faciat d-
teriores.

Felicem hoc nomine praedicare licet, CIVES, Iuuenem
viueret Nobilissimum

DAMVM HENRICVM RHODEN

s honori & memoriae hic libellus destinatus est, qui vel ipsis
gemis vitae suae temporibus illam caelestis philosophiae par-
, quae felicius creditur, sentiturque, quam demonstratur,
endi occasionem & nactus sit, & arripuerit, tenueritque.

Natus est in hanc lucem anno saeculi **XXVIII** a. d. **IV**
obris Elbingae, nobili Borussorum emporio, patre **HENRICO**,
tri ac primario patriae suae viro, & hoc ipso tempore Con-
Praeside; matre autem **MARIA EX HORNIIS**, altero statim
hoc puerperio die fatis functa. Paternum autem habuit
ANC. ADAMVM RHODEN, virum & ipsum Consularem, ma-
ium vero **HENRICVM HORNIVM**, secundi Ordinis ciuem,
negotiatorem: quorum ille in matrimonio habuit **DORO-**
EAM NAKIELSK, hic **MARIAM ZACHERT**, ornatissimas fe-
rias, hanc **Cl. ACHENWALLII**, collegae nostri, materteram.
udare solebat Rhodius noster ut tenerrimum Patris in se amo-
n, ita Nouercae suae, feminae primariae, illam pietatem,
nec materna maior esse potuerit. Ab his igitur & sub ho-
n oculis prima pietatis & humanitatis initia domi cum acce-
set, animaduerso miti ingenio, & ad cultum literarum ca-
ssendum apto, in Gymnasium patrium missus est, usque
clarissimis eius Magistris, **SEYLERI** Rectore, Correctore
NGIO, (qui modo successor **SEYLERI** Gymnasium regit) tum
Correctore itidem **HOFFMANNO**, **WOYTIO** autem & **HEM-**
LIO Professoribus. Discessum ex hac schola suum, qui in-
dit in autumnum anni **XLVIII**, nobilitauit oratione de rece-
is in Borussia occidentali iuribus habita, & visis obiter Berolino,
ipsia, Hala, Ienam delatus est, stadia Academica alacriter ibi
gressus. Iuris enim naturae, ac ciuilis prudentiae funda-
menta, & elementa Matheseos purae atque applicatae, tradentem
idiuit **Ill. D A R I E S I V M**; ciuilis autem iuris Iustinianeam insti-
tutionem accepit a Consult. **MOTERO**: in rationalis philosophiae
exercitatione priuatissima, quam vocant, opera **M. POETZII**
Gallicis autem **CO VRT II** institutione usus est. In hisce stu-
iis anno circumacto in hunc nostrum se literarum mercatum,

&

& in disciplinam praecipue Illustris BOEHMERI, Collegae nostri, se contulit, quo praelegente ius Institutionum semel, Pandectarum bis, Canonicum semel audiit: tum publicis Ill. SCHMAVS SII in Dubia I. N. Hombergiana praelectionibus interfuit. Sed etiam laudati ACHENWALLII nostri, quem matris suae consobrinum, ut indicauimus, fratrem, pro auunculo honorabat, praelectionibus historiae vniuersalis, & iis, quibus notitiam regnum & rerum publicarum tradere solet, diligentem nauavit operam, & V. Cl. DE COLOM DV CLOS Gallicis exercitationibus se sodalem adiunxit.

Sed cursum illum studiorum, & noua stadia, quae auctummo superioris anni ingressus erat noster RHODIVS, interpellauit & abrupit morbus, verbis Experientissimi Collegae nostri BRENDELII describendus, viri, quem multae matres nostrorum iuuenium amant, quos vel alias, vel superiore praesertim anno ex tetro variolarum morbo, bonae parti Europae funestotanquam ex orci cancris eripuit. Ita autem ille vir, quem normutas tantum artes Apollo docuit :

Sub finem Octobris, anno superiore, Iuuenem optimae spei variolae inuaserunt confluentes quae dicuntur, eaeque confertissimae, facto ex profusa haemoptoe impe tu. Visum DEO O. M. vt eluctatus vtrumque praecipitum iugis protinus ab ipsis tardo cliuo ad vitae finem descenderet. Nactum enim opportunum tabi corpus, quod φθηνῶδες ἔμφυτο non obscuris proderet indiciis, confectis variolarum stadiis, febris lenta, cum sicca tussi, nunquam dimisit, remedii optimis tempestive oppositis, at incassum. Accessit tandem, hoc ipso anno, ineunte Martio mense, puris sputum; pulmonibus aut inde a variolis, aut scirrhis vomicisque, quae ante latuissent, aut denique, quod veri simillimum est, utroque vitio exulceratis, cum permagna quotidie puris foentis & decoloris eiiceretur vis, febrisque inualesceret, & sine modo ista procederent ruerentque, attriti tandem ruinas corpusculi anima deseruit, siuum que ad Creatorem sese recepit."

Factum hoc nudius tertius a. d. xi Maii, hora vna ante meridiem: eamque rem feliciter euenisce amico nostro, non modo sperare licet, sed plane confidere, adeo admonitionem illum mortalitatis morbum ad salutarem mortis meditationem fecutus est, adeo verbis Ven. BLOCKII nostri, siue ille legis minas, siue apertam per Iesu Christi vulnera salutis viam ostenderet, salubriter solebat commoueri, adeo cupide sanctis illis mysteriorum nostrorum epulis pastus est, adeo ille mortem non amplius detestabatur, sed vt portum omnis miseriae, vt vitae felicitatisque interminabilis originem, votis omnibus expetebat.

Haue

Iaue sancta per sanguinem federis cum Deo nostri anima, & elicitate, ad quam contendisti, aeternum fruere! Nostrum sit, ciues, Deum comprecari, vt felicem nobis etiam, suo cuius tempore, ad caelestes regiones volatum tribuat, cui reilas in tempore quantum in nobis est, paremus!

Exsequiarum honorem, dicto loco & tempore quibus omnoddum est, vt habere velint, RHODIO nostro ILLVSTRIS-
IMI DOMINI, PERILLVSTRES, GENEROSSIIMI, NOBILISSIIMI, &
suumbuscunque titulis aliis honorari se putant, Academiae no-
strae CIVES, AMICI, HOSPITES, hoc ipso libello tradendo huma-
nissime inuitantur. Quo minus venisse poeniteat, inter sym-
phoniacorum cantus orationem habebit Clar. noster M V R-
RA YVS de tranquillitate animi formidinibus mortis opponenda.
Veniamus igitur, circumspiciamus praesidia, quibus serius o-
cius opus erit vniuersis. P. P. a. d. XIII Maii A. CL CCLI.

